



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 2. Homiliæ S. Chrysostomi ad Populum Antiochenum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. S. Episcopus celerius progrediebatur, quam illi, qui ipsa seditionis exortæ die profecti Antiochia fuerant, ut rem ad Regiam deferrent, nam quamvis Episcopum prævertissent, tot eis occurrerunt obstacula, ut, omissis equis, currus conscendere cogentur.

§. II.

Homiliæ S. Chrysostomi ad populum Antiochenum.

- hom. 2.* Interim Joannes Presbyter populum solabatur suis orationibus, quas hodie numero viginti habemus; prima in Ecclesia, dicta Palæa, seu antiqua pronuntiata est. Dicit, se, ut exemplum amicorum Job sequeretur, septem diebus tacuisse; nempe antequam ad populum diceret, exspectavit, donec seditionis fervor intepuisset, & sedato essent animo.
- hom. 1. p. 20.* Tristem vastissimæ urbis pingit imaginem, & præsentis calamitatis causam assignat incuriam hominum blasphemorum impietatem reprimendi, quod, ut facerent, ultima sua oratione hortatus fuerat. Hæc istis homiliis præposita visitur.
- p. 28.* Tum explicat S. Scripturæ textum, qui pro varietate officii legebatur. Illa die erant illa verba epistolæ primæ ad Timotheum: *Divitibus hujus Sæculi præceptum non sublime sapere.* Ex quo colligimus, tunc quoque epistolarum S. Pauli lectionem

nem fuisse absolutam, illo ferme, quo ho- Sæculum IV
diedum tempore. A. C. 387.

In sequenti Homilia apparet, ince- Hom. 3. p. 52.
ptum fuisse tempus quadragesimæ. Hor-

tatur S. Chrysoſtomus ut hoc ſacro tem-
pore adverſus tria præprimis vitia pug-
narent, nempe odium, detractiõnem, &
blasphemiam; nam in iſta primum inve-
ctus, in viginti deinde homiliis cœptum
opus proſequitur. Facile quis diſpiciet,
præſentem civitatis calamitatem plurimis
ad hæc peccata occaſioni fuiſſe. Prima
Septimana Chryſoſtomus, qua ſingulis
diebus peroravit, temerariis juramenti
bellum indixit. Tum quam bonos fru- Hom. 4. p. 62.

ctus in populo Antiocheno producant af-
fectio, & timor, oſtendit; *forum publi-*
cum, inquit: jam deſertum eſt, dum Ec-
cleſia vix populi multitudinem capit. Ho- ibid. p. 53.

mines quærentur in urbe, quæ in ſolitudi-
nem mutata eſt; in Eccleſia populorum cu-
nei condensantur; nemo non illuc confu-
git, ut quaſi in ſecuro portu tempeſtatem
effugiat. Quatriduo ſolatia tantum in-
gerebat, atque ad pœnitentiam, & pa-
tientiam hortabatur, adductis Jobi, trium
in fornace puerorum, & Ninivitarum Const. apoſt.
exemplis, quæ frequenter peccatoribus Lib. II. c. 22.

proponi ſolebant. Die quinta demum
Genefin explanare cœpit, quæ a princi- Hom. 7. p. 39.
pio quadrageſimæ legebatur. In Eccle-

ſia Græca hæc lectio die lunæ primæ
H h h a septi-

Sæculum IV. septimanæ ad officium nocturnum incipitur, qua die apud Græcos primo jejuna-

Triodium
Græc.

tur. S. Joannes Chrysoſtomus hanc explicationem diebus ſequentibus proſequitur, ſemperque ex ea tam ſolatii afflictis Antiochenis, quam pœnitentiæ argumenta expromit.

hom. 15.
init.

S. Chryſoſtomus in dicta explicatione abuſum, qui jam tunc irreperat, arguit, quod Chriſtiani in ſolatium jejunii ſecuturi, antequam illud inchoarent, convivantes lautiffimis, & plurimis epulis ſe ingurgitarent, atque jejunii tempore elapſo, quaſi jacturam reparaturi, commeaſiones reſtaurarent. In alio ſermone aliquorum lætitiã reprehendit, qui ſi medium quadrageſimæ tempus effluxiſſet, quaſi reportata de hoſtibus victoria gaudebant, atque quorundam triftitiam, quos futuri anni jejunium quadrageſimale hoc anno reddebat ſollicitos.

hom. 18.
init.

ne aliquorum lætitiã reprehendit, qui ſi medium quadrageſimæ tempus effluxiſſet, quaſi reportata de hoſtibus victoria gaudebant, atque quorundam triftitiam, quos futuri anni jejunium quadrageſimale hoc anno reddebat ſollicitos.

hom. 9. p.
107.

Iſta infirmitas, inquit: inde eſt, quod jejunium in ſola privatione ciborum, non autem in morum noſtrorum converſione conſiſtere putemus. Illorum quoque ſcrupulum damnat, qui, ſi jejuni non eſſent, Eccleſiam non adibant. Forte, inquit: virium debilitas a jejunio te excuſat, ſed nunquid etiam ab obligatione audiendi verbum Dei te eximit? præterea ita ſobrie Chriſtianos reſici oportet, ut etiam poſt menſam ſeriis applicare mentem valeant.

leant. Hac oratione S. Chrysoſtomus Sæculum IV. A. C. 387.
 perſuaſit auditoribus quod volebat, nam Homiliæ S. Chryſtoſtomi.
 ſermone ſequenti laudat auditores, quod non jejunantes nihilominus poſt pran-
 dium in Eccleſiam venirent; quippe in quadrageſima ad veſperum concio habe-
 batur, quam ſequebatur Sacrificium. (*)
 S. hic Concionator populi ſapius applau- hom. 9. in iſ.
 dentis clamore non movebatur, ſolam-
 quærebat animarum converſionem; non
 ei ſatis erat veritatem docuiſſe, ſed ex-
 acte inquirebat, an ſua dicta in audien-
 tium animis fructum peperiffent, non ſe-
 cus, ac Medicus de ſtatu ſui ægroti ſolli-
 citus eſt; hac ſola cura Chryſoſtomus
 occupabatur. Hinc in ſuis homiliis ſæ- hom. 15. p. 169.
 piſſime in conſuetudinem jurandi inve-
 hitur, nec ceſſare vult, donec populum
 ſuum ab hoc vitio ſanet. Ipſe quidem
 ſapius contra ſpectaculorum licentiam
 declamaverat, ſed timor effecit, quod
 ejus Eloquentia non potuerat; ſponte
 omnes in hac communi trepidatione a
 ſpectaculis refugiebant, nec Chriſtiani
 ſolum, ſed & Gentiles relictis theatris, &
 Hippodromo ad Eccleſiam convolabant,
 Dei Laudes cantaturi. Omnium mores p. 170.
 in dies emendabantur. Non jam abſcænæ
 cantilenæ, & excuſſi riſus in plateis, &
 H h h 3 triviis

(*) Quam ſequebatur Sacrificium. Hæc ver-
 ba Interpres Proteſtans imprudenter omiſit.

Sæculum IV. triviis, sicut antea, resonabant, his gemi-
A. C. 387. tus, preces, benedictiones successerant.
 Clausæ erant tabernæ, & tota civitas in
 Ecclesiam mutata videbatur.

§. III.

Judices ab Imperatore delegati.

Gothofr. Interim Antiochenorum Seditio ad no-
Chr. Cod. tiam Imperatoris adhuc dum Constan-
Theod. tinopoli agentis initio anni 387. devenit.
Soz. VII. Primum hos tumultus, ob cursorum tar-
c. 23. ditatem, publicus rumor ad aulam detu-
 lit; Imperator Theodosius, in primo ira-
 cundiæ ardore, civitatem omnibus suis
 juribus privare statuit, & Dignitatem ur-
 bis Metropolitanæ Syriæ, totiusque Ori-
 entis transferre Laodiceam jam dudum
 Antiochenæ potentiæ æmulam. Illico
 Antiochiam misit Ministrorum duos, Hel-
 lebicum Militiæ, & Cesarium officiorum
 Magistrum, qui diligenter in reos inquir-
 erent, & aliis nocentiores punirent.
Chry. hom. Hos, cum mediam viam confecisset, ob-
20. p. 227. vios habuit Flavianus, & comperto, qui-
 bus mandatis Antiochiam irent, lacry-
 marum torrentem effudit, precesque ad
 Deum geminavit, gregis sui afflictionem
 prævidens. Judicum adventus totam ur-
 bem terrore implevit. Hanc omnibus
 privilegiis exutam declararunt, Theatri
 spectacula, & Hippodromi interdixerunt,
 claudi balnea jusserunt, quod in calidis
 Regio.